

SENTENTIAE, CH. XXXI, PARS II

Practice and Review #1–6, 14, 15

1. Iam vērō cognōvimus istās mentēs dūrās ferrum prō pāce offerre.
2. Nē nātae geminae discant verba tam acerba et tam dūra.
3. Cum hī decem virī ex moenibus semel discessissent, alia occāsiō pācis numquam oblāta est.
4. Tantum auxilium nōbīs referet ut nē ācerrimī quidem mīlitēs aut pugnāre aut hīc remanēre possint.
5. Rogābat cūr cēterae tantam fidem apud nōs praestārent et nōbīs tantam spem adferrent.
6. Cum patria nostra tanta beneficia offerat, tamen quīdam sē in īnsidiās fūrtim cōnferunt et contrā bonōs mox pugnābunt.
14. Although life brings very difficult things, let us endure them all and dedicate ourselves to philosophy.

15. Since you know what help is being brought by our six friends, these evils can be endured with courage.

Sententiae Antiquae #7–12

7. Ille comprehēsus, cum prīmō impudenter respondēre coepisset, dēnique tamen nihil negāvit. (Cicero.— **impudenter**, adv.)

8. Milō dīcitur per stadium vēnisse cum bovem umerīs ferret. (Cicero.—**Milō**, **-Iōnis**, m., a famous Greek athlete.—**stadium**, **-ī**,.—**bōs**, **bovis**. m.f., *ox*. — **umerus**, **ī**, *shoulder*.)

9. Quid vesper et somnus ferant, incertum est. (Livy.)

10. Ferte miserō tantum auxilium quantum potestis. (Terence.)

11. Hoc ūnum sciō: quod fāta ferunt, id ferēmus, aequō animō. (Terence.)

12. Lēgum dēnique idcircō omnēs servī sumus, ut liberī esse possīmus. (*Cicero. — **idcircō**, adv., *for this reason*).